



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

VI. Quod qui sponsa intacta, eius consanguineam cognouit, ipsa eum  
petente, debet absolu*i*.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

dere matrimonium, quod publice contraxisset. Verum si publicum est, quod matri sponsæ carnaliter adhæsit, imponenda est pœnitentia paulo maior quam de adulterio: & exinde peracta pœnitentia, vel parte pœnitentiæ, poterit ex dispensatione cum alia matrimonium contrahere, & illa alii nubere. Ceterum si sponsam cognouerit antequam matrem vel post, nunquam poterit eam vel aliam in vxorem accipere.

C A P. V. *Idem\* B. Exonienſi episcopo.*

Veniens ad præsentiam nostram R. lator præsentium, sua nobis assertione monstrauit, quod cum quamdam mulierem cognouisset, postea sciens consobrinam eius ausu

Sed hoc de rigore, illud ex dispensatione-

temerario in vxorem accepit. *Et infra:* Si publicum & notorium fuerit, & eam quam prius cognouit, vxoris sua consobrinam esse confiterit, aut alii comparent qui hoc velint vel possint legitime comprobare, ipsum religionem intrare commoneas & inducas. Si autem eum ad hoc inducere non poteris, ei de tanto delicto dignam pœnitentiam imponas, & ipsum ab vtraque muliere remoueas, & sine coniugio perpetuo manere præcipias. *Quod si delictum eius occultum esse cognoscis, ipsum cum uxore, quam in facie ecclesiæ duxit, morari permittas, & eidem de commisso condignam pœnitentiam imponas.*

## C A P. VI.

*Idem Burdegalensi episcopo. Pars capituli, Consuluit;*  
*supra, de sponsalibus.*

Super eo quod quemdam iuuenem afferis puellam nondum nubilem, fide interposita, iurasse: quæ dum facta nubilis virum repetit, & ille excipit, dicens eam non se debere ducere, pro eo quod postquam eam affidavit, carnaliter propinquam eius cognouit: inquisitioni tuae taliter respondemus, quod si manifestum est, eumdem iuuenem cognouisse propinquam iam dictæ puellæ, aut si manifestum non est, & id famaloci habet, cum sponsio tantum eset de futuro, idem iuuenis potest & debet a puella absolui.

C A P. VII. *Idem\* Exonienſi episcopo.*

Super eo quod a nobis tua sollicitudo requisiuit, vtrum